



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

Symb. 1. Crux formatur: In nomine Patris, & Filij Spiritus Sancti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

## SUBDIVISIO SECUNDA

Trinitas diversorum , ex rebus sacris ac  
moralibus conscripta ; & tridistichis ad  
mysterium Divinæ Trinitatis , vel ali-  
um pium sensum , accommodata.

### S Y M B O L U M 1.

*Crux formatur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*  
**C** Rux Triadis virtute potens dum fronte renidet,  
 De carne & mundo , de styge victor ovas.  
 Lux tibi duxquè viæ, mentis sincera voluptas ,  
 Et Sol, sub Triadis nomine sola Salus.  
 Crux in fronte , decus diademate clarius omni ,  
 Ad Triadem certo tramite pandit iter.

N. *Initio cuiusque operis se signare apud Christianos moris esse , testatur S. Hier. ad Euseb. Quasi dicatur, hoc siat ad gloriam Dei , in nomine Patris , & Filii , & Spiritus sancti. Quod facere , & consuecere in omni opere decet cultores SSS. Trinitatis.*

### S Y M B O L U M 2.

*Gloria Patri, & Filio , & Spiritui Sancto.*  
**M** OX ubi cœlestis, Trias agmina condidit, aulæ ,  
 Cantica Factori prima dedêre suo.  
 Primæ vusquè Parenis laudes ab origine fudit ;  
 Postulat a totâ posteritate pares.

Glo-